HIPPOCRATIS
OPERA OMNIA
EX JANI CORNARII VERSIONE
UNA CUM
JO. MARINELLI COMMENTARIIS
AC
PETRI MATTHÆI PINI INDICE.
SINGULA SINGULIS TOMIS.

NOVA ET ACCURATISSIMA EDITIO
In qua quid præstitum sit, ad Tomum Primum
Præfatio docebit.

TOMUS TERTIUS
PINI INDEX.

VENETIIS MDCCXXXIX.
Ex Typographia Radiciana.
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIIS.

Veneunt apud Christophorum Zane.

JOANNES BAPTISTA
PAITONUS
LECTORI.

Ecce tibi tandem, Lector humanissime, Petri Matthæi Pini Compendium instar Indicis, quod ipse vocat, in Hippocratis Coi Opera Omnia, semel tantum ad nostra usque tempora typis editum, (*) ac propterea miræ raritatis. Cum laborem hunc suum auctor Basileensi Hippocraticorum Operum impressioni anni 1546. accommodaverit, ut ceteris etiam impressionibus inserviret, non levis subeunda erat molestia medicinæ studiosis, quibus librorum suorum margini versuum numerum Basileensi impressioni respondentem ascribere opus erat. Hoc tædio ut alios levaremus, nos illud pertulimus in hac nova Hippocratis editione, ut præfatione generali ad primum Tomum admonuimus. De hoc utilissimo Indice aliud præfari supervacuum puto, de ejus autem auctore juvat pauca subjicere.

Natus est Petrus Matthæus Pinus Urbini nobili genere, cumque rei medicæ animum adjecisset, usus est præceptore viro celeberrimo, nulli in re anatomica secundo, Bartholomæo Eustachio. Illud inter suæ ætatis medicos nomen gessit, ut amplissimus Cardinalis Urbini Julius Feltrius a Ruere eum sibi archiatrum esse voluerit. Indicem hunc Eustachii consilio, ac jussu conficiendum suscepit, quem tamen nonnisi ipso vita functo absolvit, ac sexto & tricesimo ab ejus obitu anno vulgavit. Præceptorem suum in anatomes studio, inita curarum socie-

(*) *Venetiis, apud Rubertum Meiettum*, 1597. in fol.

tate, plurimum adjuvit, ut Eustachius ipse præfatione ad Opuscula Anatomica testatur. Horum autem Opusculorum Annotationes ex Hippocrate, Aristotele, Galeno, aliisque auctoribus, ex Eustachii ipsius commentariis manu exaratis Pinus collegit, atque edidit; renum vero figuris delineandis, atque in æs incidendis adfuit, ac ut omnia diligentissime fierent, curavit. Optime vero de re anatomica meritum vel hoc uno constat Petrum Matthæum Pinum, quod egregias Bartholomæi Eustachii Anatomicas Tabulas nobis servavit, quas e scriniis, quæ Pini fuerant, nostris temporibus erutas vir nunquam interituræ memoriæ Joannes Maria Lancisius Archiater Pontificius publici juris fecit. Ne autem ignores, Pinum nostrum poeticis etiam delectatum, accipe mellitum carmen, quod Eustachianis Tabulis, quas ipse vulgare parabat, præfigendum scripserat, quo fraudari nos celeberrimus Lancisius minime est passus.

AD EXCELLENTISSIMUM BARTHOLOMÆUM EUSTACHIUM PRÆCEPTOREM OPTIMUM

Petrus Pinus.

Olim Pergamides velut Magister
Falsa scripta refellit inscientis
Thessali, methodum docens medendi;
Sic meus quoque BARTHOLUS *procacem*
Fastum, & dicta refellit impudentis
Vessalj, methodum docens notandi
Quaque in particula situm, figuram,
Structuram, numerum, ordinem, atque nexum.
Illi posteritas adhæret omnis,
Et mirata colit Virum; futura
Te nobis, Pater, invidebit ætas,
Seque ortos citius volent Nepotes;
Fortunata nimis, nimis beata
Per te secula nostra prædicabunt:

SERE-

SERENISSIMO

FRANCISCO MARIÆ II.

FELTRIO DE RUERE,

URBINI DUCI. VI.

Petrus Matthæus Pinus Urbinas.

ET DIU, & multum, Serenissime Princeps, *dubitavi, an hosce meos multorum annorum labores in apertum proferrem, statueramque, eos ita oblivioni & somno tradere, ut a perpetuis tenebris nunquam amplius per me essent excitandi: fecissemque quod erat in animo, si amici quidam mei, qui essent Hippocratis mirum in modum studiosi, non impetrassent suis cohortationibus, ac precibus, ut ego, mutata sententia, mallem aliorum consilium sequi, quam meum. Quid igitur? confeci Indicem eorum, quæ ab Hippocrate scripta sunt. Venire in lucem non erubescet meus hic partus, si Patrocinium illi tuum, quod humiliter exposcit, tu, Patrone optime, ac virtutum omnium defensor acerrime, non denegabis. Tibi sese dedicat, tibi se consecrat: illum si non aspernaberis, sperat, auctoritate tua fretus, se fore tutum ubique, ac semper. Accipies ergo, humanissime, ac doctissime Princeps, quicquid hoc est, quod meæ lucubrationes pepererunt: nec quale sit munusculum, sed quanta sit mea erga tuam excelsi animi magnitudinem observantia, ponderabis. Nam, si tale servitutis argumentum tibi non displicere sensero, erigam me ad alia fortasse, e quibus appareat, quantopere laborarim, ut semper fugerem ocium fontem malorum omnium, & virtutem sequerer, qua & mihi prodesse possem, & aliis. Vale.*

PETRUS MATTHÆUS PINUS URBINAS LECTORI.

DUm viveret vir nunquam satis laudatus, Philosophus, ac Medicus præstantissimus, Bartholomæus Eustachius, præceptor meus, ipsius consilio, ac jussu Indicem hunc in omnia Hippocratis, quotquot extant, opera incepi, opus quidem non minus laboriosum, quam necessarium. Deficere enim Medicinæ Ars videbatur, si copiosissimo Indice Hippocrates careret, quibus Galeni, & Aristotelis, & aliarum facultatum opera abundant. Verum ob multas, variasque occupationes, præcipue autem ob infirmam meam valetudinem, ac longum & lethalem morbum Amplissimi fœlicis *recordationis Julii Feltrii* a Ruere Cardinalis Urbini, cujus servituti addictus eram, laborem hunc perficere nunquam valui, præsertim cum his temporibus amantissimus Præceptor cum summa Medicinæ jactura suum diem obiisset. Quo factum est, ut ego tanto Domino, & tanto Præceptore privatus, pene mei ipsius oblitus, omnia penitus studia deseruerim.

Tandem in patriam reversus, & Præceptoris consiliorum memor, ut ipsi etiam mortuo satisfacerem, iterum labores hos resumpsi, ac ultimam manum imponere decrevi, Verum cum Indicem hunc in Hippocratis opera, quæ Basileæ anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto impressa sunt, confecerim, cuperemque, ut non solum huic codici, sed omnibus tum impressis, tum imprimendis inserviret, tandem in mentem venit, non paginas operis, ut mos est, sed versus cujuslibet libri particularis citare, ut facilius Lectores possint sententias ab ipsis requisitas adinvenire, numerando versus a principio librorum usque ad finem, illorum scilicet, qui non sunt divisi in sectiones; aut a principio singularum sectionum ad finem earum, librorum videlicet illorum, qui in sectiones divisi sunt, ut patebit in Catalogo librorum ad finem hujus epistolæ collocato, in quo (ut Lectori mentem magis aperiam) & characteres, cum quibus in Indice singula opera notabuntur, & quot versus singuli libri, vel sectiones eorum contineant, explicabo. Scias autem, quod illi libri in sectiones partiti sunt, qui prolixiores videbantur. In qua partitione aut ipsum Hippocratem secutus sum, aut Galenum ejus expositorem in suis commentariis, non tamen in omnibus ab eo expositis, ut modo ostendam; sed in aliquibus tantum, propter causam, quam assignabo. Illos autem, qui sine sectionibus sunt, si prolixi existunt, ego ipse divisi. Et propterea Libros de Natura Hominis, de Humoribus, de Prænotionibus, Prædictionum primum, & de Chirurgiæ Officina, licet in commentaria a Galeno secentur, quia breves sunt, integros sine sectionibus numerare, visum est. Libros vero de Victus Ratione in Morbis Acutis in quatuor, de Fracturis in tres, ac de Articulis in quatuor sectiones, quia prolixiores sunt, cum ipso partitos numeravi, inci-

piendo

piendo sectiones, unde incipiunt commentaria. Ex Libris vero de Morbis Popularibus, Primum in tres sectiones divisum, Secundum in sex, Tertium in tres, Sextum in octo reliqui (pro octava sectione numerando eam partem, quæ inscribitur: Hæc ex parva tabula consideranda sunt) & Aphorismos in septem, licet hæ sectiones breves admodum sint, quia ipsemet auctor sic divisit. Quos autem ego sim partitus, & in quot sectiones, & unde hæ initium sumant, modo exponam.

Librum de Locis in Homine in duas sectiones partiri, visum est, quarum prima & in hoc opere, & in aliis omnibus incipit a principio libri; secunda vero incipit his verbis: Cæterum pleuritidem hoc modo curare oportet, Febris sedanda non est per septem dies. Potu utendum est aut aceto mulso, aut aceto, & aqua. Librum de Aere, Aquis, & Locis similiter in duas sectiones divisi, quarum secunda incipit: Volo autem & de Asia, & Europa demonstrare, quantum differant inter se per omnia, & de gentium formis quid distent, & nihil invicem simile habeant. Librum primum de Morbis etiam in duas sectiones partitus sum, quarum secunda hæc est; Erysipelas autem in pulmone fit, ubi pulmo fuerit nimium resiccatus, id quod contingit ab ardore, & a febribus, & a labore, ac intemperie. At secundum in tres secui, quarum secunda est: Cum caries facta fuerit in osse, dolor ex hoc corripit ipsum os, & progressu temporis attenuatur, ac inflatur, & fit in ipso fractura. Tertia vero: Alius morbus appellatus Tabes. Tussis vexat, & sputum multum, ac liquidum, & quandoque facile tussiendo rejicitur etiam pus, veluti grando. Tertium sine sectione relinquere placuit. Quartum autem in duas partitus sum, Harum secunda est; Nunc vero exactius referre volo, cur homines ægrotent, simulque cum hoc sermone dicam, quæ sint principia morborum, & qualia unumquodque ipsorum efficiat. Librum de Affectionibus etiam in duas divisi, secunda quarum est: Quum ex vino, aut a convivio bilis superne, ac inferne fluxus, aut diarrhœa corripuerit, diarrhœæ quidem conducit jejunare. Librum de Internis Affectionibus divisi in tres sectiones. Secunda incipit: De pituita easdem sententias habeo, quas & de bile; & species ipsius multas esse puto. Tertia vero: Morbus Typhos vocatus, Typhos quidem appellatur hic morbus, hoc est stupor attonitus, corripit autem tempore æstatis, cum canis sydus oritur. Librum de Natura Muliebri divisi in tres sectiones, quarum secunda hæc est: Potiones, & subdititia medicamenta, quæ secundas educere, & menses detrahere possunt. Tertia: Si ex partu fluxus corripiat, & cibi in ventre non maneant, uvam passam nigram, & mali punici dulcis grana trita, &c. Librum primum de Morbis Muliebribus in quatuor sectiones divisi. Secunda incipit; Si mulierem puerperam facere velis, alias concipere nequeuntem, menses considerare oportet. Tertia: Si aqua intercus in uteris nascatur, menses pauciores, & pravi fiunt. Quarta: Potiones, quæ secundam educere possunt, & menses detrahere, itemque fœtum enectum. Secundum librum in tres divisi sectiones. Secunda est: Si uteri contingant coxam, & incumbant, dura, ac solida fit coxa ad lateris mollitudinem, & dolores imi ventris. Tertia: Si ignis sacer habuerit uteros, intumescunt pedes, & mammæ, & corpus, & dolor ipsam corripit. Librum septimum de Morbis Popularibus (cum quartum, & quintum, ab auctore non divisos, sine sectionibus numeraverim) in duas sectiones divisi, secunda quarum est: Circa pleiadum occasum Olympiadæ uxorem, fœtum octimestrem gestantem, ex casu febris acuta corripuit. Prædictionum librum secundum etiam in duas sectiones secui, quarum secunda

cunda incipit: Porro ex capitis vulneribus lethalissima sunt, quæ ad cerebrum pertingunt, velut etiam antea scriptum est. At Coacas Prænotiones in tres sectiones secare, visum est. Secunda est: Spiritus, qui densus quidem, & parvus est, inflammationem, & dolorem in locis principalibus significat. Tertia est: Quibus hepaticis multum est sputum cruentum, sive subputridum, sive biliosum meracum, statim perniciosum est. Isti omnes sunt libri a me divisi, cum nimis prolixi visi sint, ut integri numerentur. Reliquum modo est, ut Lectorem animadvertam, quod si opus aliquod divisum est in plures libros, aut sectiones, Libri notabuntur in Indice cum hisce numeris, nempe j. ij. iij. &cæt. Sectiones vero cum Sect. & numeris neotericorum hoc pacto signatis, Sect. 1. 2. 3. &cæt. At versus librorum, aut sectionum cum v. & numeris similiter neotericis simplici puncto punctatis sic, v. 10. 20. 30. &cæt. ut exempli gratia si invenias in Indice, de Diæt. ij. v. 25. de Morb. Sacr. v. 12. de Morb. ij. Sect. 2. v. 8. 40. iij. v. 30. Aph. Sect. 3. v. 25. significabit, de Diæta, libro secundo, versu vigesimoquinto: de Morbo Sacro, versu duodecimo: de Morbis, libro secundo, sectione secunda, versu octavo, & quadragesimo; & libro tertio, versu trigesimo: Aphorismorum sectione tertia, versu vigesimoquinto. Et sic de aliis intelligatur, quod semper ubique observabitur. Epistolæ vero, aut sint Hippocratis, aut aliorum, quæ sunt ad calcem operum ipsius, notabuntur cum numeris neotericis sic, 1, 2. punctatis per ordinem, pro ut ibi sunt descriptæ, quod & in Catalogo sequenti cum numero versuum ipsarum patebit. Ut autem Lectori, in quantum possum, magis gratum faciam, & laborem imminuam, volo alicujus operis non solum versus numerare, sed quemlibet centenarium ipsius terminare. Liber de Arte, ut ibi videbis, continet versus 245. quorum primus centenarius terminatur his verbis: Medici namque sana mente, sanoque corpore rem aggredientes. Secundus: Si vero præoccupaverit, velocior omnino existit. Liber de Veteri Medicina, qui prædictum sequitur, continet versus 443. quorum primus centenarius terminatur his verbis: Quid igitur aliud cogitasse videri queat hic appellatus Medicus, & confessus artifex, qui ægrorum diætam ac victum adinvenit. Secundus: His permutatis, impossibile est non fieri sanum, nisi penitus fuerit tempore, ac victu corruptus. Tertius: Sedatur autem aliquo modo ardor in naribus, non quum fluxus prodit, & inflammatio consistit. Quartus: ex amplitudine in angustiam arctatæ (scilicet cucurbitulæ) ad hoc factæ sunt, ad trahendum videlicet, & alliciendum ex carne. Sunt autem & alia multa ejusmodi. Verum intra hominem, &c. Placuit horum duorum operum quemlibet centenarium annotare, ut faciliora reddam, quæ Lector agere debet, in aliis id prætermittam. Ex his enim conjectura assequi reliqua poterit.

His omnibus prædictis recte consideratis, facile poterit Lector invenire numerum omnium operum in suo codice, huic meo Indici respondentem, & in suis marginibus annotare, signando numerum cujuslibet libri, aut sectionis de quinque in quinque, aut de decem in decem, hoc modo 5. 10. 15. 20. &cæt. quemadmodum & ego feci, incipiendo a principio librorum illorum, qui in sectiones divisi non sunt: in divisis autem, a principio cujuslibet sectionis usque ad finem libri, vel sectionis. Et sic pauco negotio poterit quis invenire quod quærit, licet diversarum impressionum Hippocratis opera habeantur. Si enim plures versus in suo codice fuerint, quam in Catalogo apparet, forte sex vel septem pro quinque poterit numerare; si vero pauciores, quatuor forsan versus pro quinque supplebunt, & sic conjectura facta, poterit numerum respondentem adinvenire. Sciat item Lector, quod hoc

hoc Indice non solum locos quæsitos invenire poterit, sed multas quoque sententias duplicatas, ac triplicatas in diversis operibus longo progressu, aut iisdem verbis, aut fere similibus, ut ego feci, qui ejus auxilio multas ejusmodi sententias adinveni, & annotatas habeo. Quibus mediantibus aliquos locos Hippocratis corrigere quis posset depravatos, aut obscuros, ac etiam opera ipsius nonnulla breviora reddere, si ei videretur: cum aliquibus in locis paginas integras resecare sine dubio ei esset in arbitrio: & præsertim in libris Muliebribus, in nonnullis Popularium Morborum, in Aphorismis, Prænotionibus, Prædictionibus, Coacis Prænotionibus, & aliis. Hæc placuit animadvertere, ut si cui in animum caderet codicem Hippocratis in minorem molem reducere, & eo utentibus aptiorem reddere, sciat quod hoc fieri posset. Accipe igitur, benigne Lector, has lucubrationes hilari animo, & scias, quod si hoc feceris, & labores meos non spreveris, dabo forte in lucem, Deo favente, & auxilium præbente, Tabulas Anatomicas, quas multis ab hinc annis ære incisas habeo. Nec terreat te operis magnitudo, cum multa paucis verbis complecti, & explicari non possint. Brevitati enim non studui, sed ne aliquid intactum relinquerem. Vale, & me ama.

INDEX

INDEX
IN QUO NOTABUNTUR OMNES LIBRI,

Qui in HIPPOCRATIS codice continentur, quo pacto in Indice hoc significabuntur. Et quot versus singuli contineant, aut eorum sectiones, si in eas divisi sunt: quo lector uno intuitu possit hæc omnia inspicere.

de Virg.

Epist.

INDEX

INDEX LIBRORUM OMNIUM HIPPOCRATIS,

QUO SINGULA,

QUÆ IN EJUS OPERIBUS CONTINENTUR; facillime ordine Alphabeti inveniri possunt:

A Ante B

Abſceſsus

Pini Index.

A Ante C

ab Acidis

A Ante D

ad ul-

A Ante E

velut

ad Mo-

Aesta-

A Ante F

post

Allii

ex Al-

Subpi-

ab Alvo

in po-

A Ante M

A Ante N

Animus

Annis

in An-

A Ante O

A Ante P

A Ante Q

Aqua

ad ar-

ad la-

in fluxu

A Ante R

in Artem

Articu-

A Ante S

A Ante T

ab Autori-

B Ante A

B Ante E

B Ante I

Bilis,

qui

Pini Index.

B Ante L

B Ante O

B Ante R

ad do-

B Ante V

C Ante A

in pitui-

si vir-

Calidum

Capelia

de Capi-

si ad

Cauca-

C Ante E

Morb.

Cerebri

si Cere-

C Ante H

Chartæ

C Ante I

Cibum

C Ante L

ne Clau-

C Ante N

C Ante O

Contu-

quæ

com-

cum

C Ante R

in tur-

C Ante Y

D Ante A

D Ante E

Deam-

Decum-

paulo

Demæ-

origa-

in tabe

D Ante I

Dicen-

recidi-

mortui

pleuri-

Diophi-

Fini Index.

D Ante O

si non

Mul. ij.

ad Do-

si Do-

Dolo-

ex Dor-

D Ante R

D Ante U

D Ante Y

E Ante B

E Ante C

E Ante D

Edulis inventa, multa arte excogitata, & multo tempore producta esse, de Vet. Medic. v. 45.
Edulia mala natura multa esse, & afficere homines non eodem modo, ibid. v. 359.
Edulia maxime de se significationem præbere, de V. R. A. Sect. 4. v. 338.
Edulia pituitosissima quibus offerendum, de Loc. Homin. Sect. 2. v. 62.
plurima, & omnigena quando offerendum, de Diæt. ij. v. 532.
qualia edat, & bibat homo ut plurimum, de Vet. Med. v. 231.
an sanent, & lædant, de Morb. Sacr. v. 46.
singula habere & quo prosunt, & quo lædunt. Aliaque manifestissime operari, alia obscurius, de Affect. Sect. 2. v. 165.
Eduliis levibus quando nutriendum, de Fistul. vers. 84.
Eduliis omnigenis uti, vel e contra, quibus conducat, de Salubr. Diæt. v. 71. de Diæt. ij. v. 532.
ab Eduliis pinguibus, & fauces exasperantibus, & ac fortibus, cui abstinendum, de Art. Sect. 3. v. 272.
ex Eduliis validis aliquos facile liberari, aliquos cum multis doloribus ac malis, de Vet. Medic. v. 53.
Eduliis ventrem subducentibus, suppuratis quando utendum, de Loc. Homin. Sect. 2. vers. 14.
Eduliorum fortium vim detrahere, vel augere, quomodo oporteat, de Diæt. ij. v. 345.
Edulium olidum comedentes urinam reddere eo mesta odore referentem, de Morb. iv. Sect. 2. v. 296.
quæ eduntur, ac bibuntur, alia aliis cur præstent, ibid. Sect. 1. v. 26.

E Ante F

Efferatio, & indignatio, & ejulatio quando facta in Hermoptolomi uxore, de Morb. Pop. vij. Sect. 1. v. 212.
Efflantes, & refracti, in somnis leviter suspicientes, quo modo moriantur. Coac. Prænot. Sect. 1. v. 79.
per Effluxionem abscessus si fiant, quando boni, de Morb. Pop. ij. Sect. 1. v. 51. 52.
Effluxus non abortus qui nominentur, de Sept. Part. v. 92.
Effœminati qui fiant, & vocentur, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 190. de Diæt. j. v. 337.
Effœminatio deligamenti ne contingat, faciendum. Chir. Offic. v. 119.
ab Effœminatione quid liberet, de Art. Sect. 3. v. 354.
Effœminationes crurum.
Vide Crurum.
Effœminatiores Asiani Europeis cur sint, de Aer. & Loc. Sect. 2. v. 83.
Effœminatum crus totum quibus fiat, & cur, de Art. Sect. 3. v. 352.
Effulgescentiæ puerorum quando mutationes habeant, de Morb. Pop. vj. Sect. 1. v. 10.

E Ante G

Egeno opitulandum. Præc. v. 53.
Egerendi voluntas inevitabilis quid sit, de Morb. j. Sect. 1. v. 48.
Egerere juxta copiam ingestorum oportere, & quo tempore. Præn. v. 144.
Egerere infra multum, atque id liquidum, cum moriturus est lethargo affectus, de Morb. iij. v. 54.
si egerit sæpe acervatim æger, cujus rei sit periculum. Præn. v. 143.
Egestio alvi. Vide Alvi.
Egestio alvi alba, difficilis vel mala quibus sit. Præn. v. 149. 151. Prædi. j. v. 18. 72. 181. Coac. Præn. Sect. 1. v. 118. Sect. 3. v. 324. 328. 346. 348. 354. 366.
Egestio alvi biliosa, lac dare quando impediat, Aph. Sect. 5. v. 115.
lethalis quando sit. Vide Alvi egestio.
mala in quibus sit.
Vide ibidem Circumbiliosa.
nocumenta qualia habeat, de V. R. A. Sect. 3. v. 35.
in peripneumonia cur prodeat, & an bona, de Morb. j. Sect. 2. v. 276. Præn. v. 273. Coac. Præn. Sect. 2. v. 265.
scammonio purgandum quando indicet, de V. R. A. Sect. 4. v. 214.
surditatem quando sedet, vel ab ipsa sedetur. Aphorism. Sect. 4. v. 42. Coac. Præn. Sect. 3. v. 380.
Egestio alvi circumbiliosa.
Vide Alvi.
Egestio alvi febrem quando solvat. Coac. Præn. Sect. 3. v. 417.
Egestio alvi nigra quid indicet, de V. R. A. Sect. 4. v. 178.
Vide Alvi egestio.
cum virore pallida quando fiat, & qualis sit, de Morb. ij. Sect. 2. vers. 246. iij. v. 274. Præn. vers. 149. 152. Coac. Præn. Sect. 3. v. 334. 345. 346.
Egestio cruenta, qualis. Coac. Prænot. Sect. 3. v. 325.
quibus Egestio larga sit, quando difficillimum, & insaniam indicet. Coac. Præn. Sect. 3. vers. 366. 376.
Egestio mortem significans, vel salutem, qualis, de V. R. A. Sect. 4. v. 178.
Egestio stercoracea, alba in morbo regio qualis. Coac. Præn. Sect. 3. v. 354.
cum contentione, quid significet, ibidem, v. 358.
Egestiones cruda, aut nigra, & lævi, ac graveolenti subeunte, qualis lienteria. Prædict. ij. Sect. 2. v. 136.
Egestione grumosa multa alvum, sanguine manare, lethale. Coac. Præn. Sect. 3. v. 348.
Egestione rubicunda solutos, ad insaniam devenire quando sit timor, ibid. v. 407.
si Egestione cum virore pallida exturbetur venter in pleuritide dorsali, quid accidat, de Morb. iv. v. 274.
Egestionem cruentam quid, & quibus significet, Coac. Præn. Sect. 2. v. 336.
cum Egestionem moderatam venter non fecerit, quid sequatur, de Loc. Hom. Sect. 1. v. 12.
Egestionem nigrorum quid significet. Coac. Prænot. Sect. 3. v. 396.

E Ante I

E Ante L

E Ante M

E Ante N

Pini Index.

E Ante P

E Ante Q

E Ante R

E Ante S

E Ante T

E Ante V

E Ante X

F Ante A

fixos

in Fau-

F Ante E

ex pu-

ex men-

F Ante I

ad fa-

F Ante L

a Fla-

F Ante O

Fœtum

rigore,

F Ante R

F Ante U

G Ante A

G Ante E

de Morb.

juxta

G Ante I

G Ante L

in sca-

G Ante N

G Ante O

Graci-

G Ante R

Grumo-

G Ante U

G Ante Y

H Ante A

H Ante N

H Ante I

H Ante O

H Ante U

si Hu

Humo-

H Ante Y

Hydro-

I Ante A

I Ante C

I Ante D

I Ante E

I Ante G

I Ante L

I Ante M

Fini Index.

I Ante N

Pini Index.

O 2 Inflam-

Infœ-

cui In

Inuti-

I Ante O

I Ante R

I Ante S

I Ante T

I Ante U

L Ante A

Lac ma-

vase

Pini Index.

ad fo-

L Ante E

Lenti-

Coac.

L Ante I

Lieno-

quid

in po-

Lippi-

L Ante O

Loquen-

L Ante U

L Ante Y

M Ante A

per Ma-

Mam-

ad ul-

Matu-

M Ante E

Purg.

rigore,

in Medi-

ſi Menſes

ſan-

ubi men-

singu-

mem-

M Ante I

M Ante N

M Ante O

Moles

cum

cum

Pini Index.

quicun-

cupiat

sanita-

M Ante U

recens

cum vi-

M Ante Y

olculum

Pini Index.

N Ante A

si e Na-

N Ante E

si Ner-

N Ante I

N Ante O

N Ante U

Nube-

N Ante Y

O Ante B

Obo-

O Ante C

Ocimi

in Oculo

& rur.

O Ante D

lierem

O Ante E

O Ante F

O Ante L

Olei

Olera

O Ante M

O Ante N

O Ante P

Opistho-

O Ante R

Pini Index.

O Ante S

distor-

Ossa

denu-

O Ante T

O Ante V

Ovi-

P Ante A

ctam

ad con-

P Ante E

inictio

Pedi-

dum

Peri-

P Ante H

Phar-

Phre-

P Ante I

Pini Index.

Pitui-

P Ante L

P Ante N

P Ante O

Potibus

P Ante R

de Ju-

Præ-

Pransus

P Ante S

P Ante T

quan-

si in

donec

Præ-

in ure-

&c se-

P Ante Y

QU Ante A

ſuppu-

Pini Index.

Aa Qua-

QU Ante E

QU Ante I

QU Ante O

Rad-

R Ante A

R Ante E

R Ante H

ad flu-

R Ante I

Pecto-

s Ro.

R Ante O

R Ante U

ſuppu-

S Ante A

ad do-

San-

post

donec

post-

ſcentiæ

sub-

qui Se-

Sedes

in sup-

Finis Indicis.

S Ante I

lingua,

Singul-

arden-

S Ante M

S Ante O

Solem,

profundi,

Somnus

Præd.

in mor-

S Ante P

Spiri-

Fini Index.

in do-

S Ante Q

S Ante T.

Stoma-

Stupor

S Ante U

Pini Index.

Suffia-

Pini Index.

vera-

S Ante Y

T Ante A

T Ante E

Tenuis

Terræ

renum

T Ante H

ad Thef-

T Ante I

ex per-

T Ante O

T Ante R

T Ante U

Tuber-

si Tu-

diutur-

Tusses

Tussis,

rigo-

T Ante Y

V Ante A

U Ante B

V Ante E

ab utra-

Venæ

quæ

crassis.

attol.

quæ

Pini Index.

Ventrem

Venti,

ad col-

in Vesi-

V Ante I

Vini

Pini Index.

in quar-

Venti,

Ventri-

circa

V Ante I

In quar-

Vinum

so ter-

Virgi-

Vison-

U Ante L

Ulcera

ne Ul-

U Ante M

U Ante N

in quar-

io ter-

Virgi-

U Ante L

Ulcera

Ulcera,

ut Ul.

U Ante M

U Ante N

Un-

V Ante O

com

proci-

U Ante R

Urina

appa-

in febre

Urinæ

subsi-

in peri-

U Ante S

U Ante T

ſi Uteri

Uteri

Finis Index.

U Ante V

V Ante X

X Ante A

X Ante E

Z Ante E

Z Ante O

F I N I S.

VENETIIS MDCCXXXIX.

Excudebat JOANNES RADICIUS.